

diutius differretur iter istud meum, quas habere potui à coeteris studijs  
horas succisivās, huic operi, quo absolutius fieret, impendere minime dubi-  
bitavi; eoque minus me laboris et temporis poenituit. Quod I. Illustriss.  
C. gratum hoc meum quaecumque opusculum futurum arbitrarer.  
Ultimam igitur manum admovi. Vna quoque his studijs valedicens, et de  
animo prorsus adijciendo ad grauiora studia cogitans, in quibus, coe-  
lesti fauore, sic decurram et pugilem agam, vt non tanquam aëra deceriv.  
hoc est, aërem ferire (vt Apostoli verbis vtar) existimari possim, sed vt is,  
qui sollicitus sit de premio consequendo, quod Paulo est τὸ βραβεῖον.  
Idem et patriæ me debere scio, et ætas hoc ipsum mea postulat, cum intra  
iuuenilem ætatem, hoc est, annū 25 (à quo adhuc tribus tantum absum  
annis) circulus studiorum, quo ad Jurispræsentiam præsertim, absoluti  
magna ex parte debeat. Vtinam autem referre possem nobilem illum  
pugilem et philosophum simul, Nicodorum Mantinæum, cuius mentionem  
facit